

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonia
Magnus Dux Lithuania Russia Prussia
Moscovia & Dominus et haeres. Rudo in
Xto Patri Domino Mauritio Episcopo
Varmiensi sincerè nobis dilecto.

150

Rude in Xto Pater sincerè nobis dilecte!

Quamvis designaverimus jam nuntium
nostrum iterum ad conventum qui terris
istis his proximè actis diebus agi debuit
quando tam ut scribit Vestra Paterni-
tas is ipse conventus effectum suum
non est sortitus propter longam hic mo-
ram et tardiozem reditum consiliario-
rum istarum terrarum, nos id boni con-
sulimus et non negligentia ipsorum con-
siliariorum sed temporis angustia
adscribimus et imputamus non videtur
autem nobis ut loco ejus ipsius conven-
tus non celebrati indiceremus isthuc ali-
um conventum pro ferijs Divi Jacobi aut
aliquo alio tempore appetunt namq[ue]
dies laborum à quibus gravarentur ho-
mines ire ad eum ipsum conventum. qua-
re expectandum jam erit conventui fu-
turo tempus suum determinatum in quo
negotia publica et causa forenses terrar[um]
istarum trabuntur. Bene valeat vestra
Paternitas. Datum Cracovia feria sexta

feria sexta ante festa Pentecostes. Annō
Domini Millesimō quingentesimō trige-
simō Regni nostri annō vigesimō quarto
Commissio propria De Allis.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

scrip: Kulnowski.